



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

CAP. XXXIII.

Adens Elihu, dixit.
A Audite sapientes sermonem meum,
 & docti animaduertant me.

Quoniam auris sermonem probat, si
 cut guttur gustat cibum.

Iudicium eligamus nobis, cognosca-
 mus inter nos quid bonum.

Quoniam dixit Hiob, iustificatus sum,
 & Deus declinauit iudicium meum,

Sup iudicio meo mentior, flagellor sa-
 gitta mea (etiãsi) nullũ scelus (in me sit)

Quis uir sicut Hiob, bibens subsanna-
 tionem quasi aquas?

Et gradif ad participandũ cũ facienti-
 bus iniquitatẽ, & uadit cum uiris impiis.

Quia dixit, non reputatur uir, etiãsi
 ambulauerit cum Deo.

Idecirco uiri cordati, audite me, absit,
 ut Deus impius sit, oĩpotens iniquus.

Quia opus suũ hoĩ retribuit, & iuxta
 uias suas unũquẽq; inuenit (seu iudicat)

Vere em̃ Deos, non impie condemnat

A N N O T. I N H I O B

& omnipotens non peruertit iudicium.

Quis constituit cum ipso terram? & qui
posuit orbem uniuersum?

Si poneret ad se cor suum, spiritum suum
um, & flatum ad se congregaret.

Consumeretur omnis caro pariter, &
homo ad puluerem reuerteretur.

A V D I T E S A P I E N T E S S E R. & c.

Secunda oratio Elihu, qua probat Deum non esse
iniquum iudicem, tum quod sit mundi iudex, tum
quod omnium rerum potens administrator sit. Audite
inquiens, o sapientes sermonem meum, & docti de
eo iudicent, q. d. nolo ego meipsum iudex esse, iudicent
inter nos sapientes ac eruditi.

Q V O N I A M A V R I S S E R. & c.

Similitudo est, quod guttur est cibo, hoc auris est
sermoni: iam guttur cibum probat, saporis ne an in
sapidus sit: ita aurium iudicium probat sermonem, ne
rus ne an falsus sit, nam ut non credis nisi audias, fides
enim ex auditu est, ita probare spiritus non licet, nisi
sermonem audieris: hinc delicatas aures habere di-
cuntur, qui nullum sermonem, nisi ad unguem expo-
litum probant. Agite itaque, inquit Elihu, uos sapien-
tes, iudicate inter me et Hiob, uter uerius sentiat: iu-
dicium prudentium non detrecto. Ergo VERBVM

Dei iudicio hominum cōmittēdum est? absit, VERBVM enim Dei ueritas est, omnis autem homo mēdax: tam quī posset mendacium, ueritatem iudicare? Item VERBVM Dei est omnipotēs, per quod homo creatus est: quomodo igitur posset creatura iudicare suum creatorem? Adhuc VERBVM Dei, hominis iudex est: siquidem pater dedit omne iudiciū filio, qui est VERBVM. Proinde fieri nequit, ut homo, VERBVM iudicem suū iudicet: cur ergo Elia uerbum suum, quod iactat esse Dei VERBUM, hominum iudicio permittit? Respondeo, nullus homo, quantumcūq; spiritalis, potestatem habet iudicandi VERBVM Dei, sed uerbū hominum, hoc est, an quod homines pronunciant, docent et statuunt, sit VERBVM Dei? ut Christus effusa sanguinē pro peccatis nostris: hoc VERBVM iudicare, nulli hominum concessum est, sed oportet omnes sese huic captiuos dare et credere: interim tamē multi, multa et uaria de hoc VERBO pronuntiarunt: initio enim ecclesie Christiane, ut est Act. 15. aliquot Apostoli docebant, etiam legem ad expiationem peccatorum necessariam esse, aliquot diuersum solā scilicet fidem purificare cor hominis: igitur spirituales iudicabāt, non ipsum Dei VERBVM, sed ipsi inter diuersa sentiētes, VERBVM Dei loquebantur. Hinc Paul. ait 1. Corinth. 2. Spirituales omnia

Verbū Dei alios iudicat, ipsum non potest iudicari.

Iudicandū autem sit Verbum Domini.

A N N O T. I N H I O B

dijudicat, & 1. Corinth. 14. Prophetæ duo aut tres
quantur, & ceteri dijudicent. Quid? VERBUM
Dei absit, ipsum est enim omnium hominum iudex, sed
uerbum & doctrinam hominum, an fidei ac VERBO
Dei consentanea fuerint: & probet spiritus, non De
sed hominum, an ex Deo sint. Omnes igitur in ecclesia
sed iusto ordine, & disciplina, audiendi sunt: nemo
quantumuis abiectus contemnendus est: nam et Do
minus asinae os aliquando aperuit, & saepe etiam est
holitor ualde opportuna loquutus. Sed pro
sermo & doctrina omnium, per spirituales, an sit dei
sermo & fidei Doctrina: id quod fit, si hominum do
ctrina non ad captum humanum & rationem carnis, sed
ad VERBUM Dei & fidei regulam exigatur.

Q V O N I A M D I X I T H I O B &c

Hæc est Hiobis sententia, ego inquit, iustus sum,
nihilominus tamen adfligo et crucior ueluti iniustus
simus, oportet igitur Deum iniustum esse, qui decli
net iudicium meum, id est, mihi iusto et bono equita
tem iudicij denegat: appello quidem equum iudicium
ut supra cap. 19. & 23. sed ipse flagella, flagellis ad
dit, clamorem meum ueluti surdus, negligens, cum ta
men in me, ne tantillum quidem sceleris, inueniatur.
Ad hæc super iudicio meo mentior, hoc est, cogor, ue
lim nolim, mendax esse, ut Deus uerax sit, quicquid
ego loquutus fuero, mendacium oportet esse, quicquid
necro

vero Deus dicit, uere dictū est, quicquid agit, recte
 actum est, siue meo merito, siue immerito: quomodo
 igitur potest esse iustus iudex, tyrannide potius, quā
 equitate iudicans? Hæc Hiobis, inquit Elihu, senten-
 tia est, sed quā pia, uiderint nunc iudices, si quidem
 nemine unquam uidi Hiobe, aut stultiozem, aut ma-
 gis furibundum: bibit enim subsannationem, quasi
 aquas, hoc est, stulticia & furore, quasi aquarum in-
 undatione, totus plenus est, nihil prorsus differēs ab
 extreme iniquis & impijs, propterea quod palā di-
 cat, ut supra cap. 13. & 19. Deum nullum respicere
 quantumuis iustum & bonum, nec reputareambu-
 lantem in uijs eius, præ iniquo, & mādāta eius con-
 temnente, sed in uniuersum, omnes simul perdere
 & conculcare, siue iustos, siue iniustos. Est autē am
 Ambulare cū
 bulare cum Deo, iuste uiuere, sicut scriptum est de Deo quid sit.
 Enoch Gen. 5. Ambulauit Enoch cum Deo.

IDCIRCO VIRI CORDATI &c.

Id est, quādo iudices aurem præbustis Hiobi be-
 nivolam, eam & mihi concedite: nam natura uide-
 tur, ideo duabus auribus hominem donasse, non ut
 quod una aure audiamus, per alteram auolet: sed ut
 altera auris actori, altera reo, patula reseruetur.

ABSIT VT DEVS IMPIVS &c.

Ratione probat Deum non esse impium, quia ius-
 dex mūdi est: quomodo autē iudex impius esse possēt?

ANNOT. IN HIOB.

Eadem Paulus Ro. 3. iusticiam Dei iudicando probat, dicens: Quod si iniusticia nostra, Dei iusticiam commendat, quid dicemus? num iniustus Deus, qui iudicat iram? Humano more loquar: absit, nam quomodo iudicabit Deus mundum, scilicet, si iniustus esset? Ille igitur iudex unumquemque, iuxta vias suas iudicet, & reddit unicuique iuxta facta sua, non aliena; hoc est, iuxta fidem: sola enim fides impletio mandatorum Dei est, & legem factis exprimit.

VERE ENIM DEVS NON &c.

Quod Deus non iniuste condemnet, aut iniuste iudicet, ac adfliget, alia probatur ratio, quia omnium rerum creator est. Quomodo autem creator iniustus esse posset? ait enim Elihu.

QVIS CONSTITVIT CVM &c.

Id est, Deus creavit solus terram, adeoque uniuersum orbem: quis igitur tanto Heroi iniusticie notam iniurere posset? Huc adcedit potentia eius: nam si animo suo allubesceret, uno momento posset omnia creata perdere, & spiritum suum omnia uiuificantem, ad sese retrahere: spiritus enim Domini super creaturas uolitans, omnia fouet, uiuificat, conseruat, alioqui mox in cineres ruitura: nam et homo, spiritus Domini, per Verbum creatus est, Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terre, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitae, & factus est homo in animam

nam uiuentem. Iam si Dominus Verbum suum, unda
cum spiritu, ad sese reduceret, quomodo constaret
homo? nonne mox in puluerem reuerteretur?

SI PONERET AD SE.

Id est, si animo suo placeret, tunc posset manum
suam & potentiam retrahere, qua creaturas conti-
net, & omnia rursus in nihilum redirent.

Si intelligis, audi istud, animaduerte
ad uocem sermonis mei.

Nunquid qui odit iudicium, ideo re-
belle, & iustum tumidus condemnet?

An dicet quispiam regi, Belial & impii
ad principes?

Qui non respicit faciem principum, &
non agnoscit magnificum (uel diuitem)
prepaupere, quoniam opus manuum
eius omnes sunt.

Subito moriuntur, & media nocte con-
turbantur populi, ac pestum eunt, & au-
ferentur potentes sine manu.

Quoniam oculi eius super uias unius
cuiusque, & omnes gressus eius respicit.

Non sunt tenebrae, neque umbrositas,
ut abscondantur illic facientes iniquitate.

Neque est in cuiusquam potestate situm

ANNO T. IN HI O B

ut ueniat cum Deo in iudicium.

Conterit multos nullo numero, & stuit alios pro eis.

Propterea quod agnoscit opera eorum & subuertit noctu, ut conterantur.

Simul impios cōcutit in loco uidentiu

Propterea quod recesserunt ab eo, & omnes uias eius non intellexerunt.

Vt ingrediatur ad eum clamor pauperis, & clamorem adflictorum audiat.

Si ipse quietem dederit, quis condemnabit: & si absconderit faciē, quis aspiciet eum, & inter gentes & homines simul.

Regnare facit hominem hypocritam ad capiendum populum.

SI INTELLIGIS, AVDIERE.

Si in te est Hiob, nullus prudentiæ sensus, diligēter rogo, animaduertas, et alta mēte, quæ dico reponas nō enī ideo iniustus est Deus, qd' tu aut odio habeas, aut nō intelligas iusticiam diuini iudicij, adflixit te dominus, non quidē merito tuo, sed tamen nec iniuste, iustitiæ enim eius non est numerus, nam, etiā si in te adflictionis meritū non inuenerit, inuenit tamē in se ipso causam, quare cōducibile sit, ut adfligaris: pro inde, nō est qd' ideo rebelles iudicio Dei, quia tu indi

generis

generis, nec ratione captas iustitiam eius: nec ideo cō-
demnes iustū Deum, iniustitiæ, quod tu arroganter in-
stas aduersus prudentem eius administratōnē, quā
te innocentem adfligit, sed trade te, manū eius capti-
uum, & crede, si enim credideris, intelliges

AN DICET QVISPIAM &c.

Argumentum à minori: non impune fert, qui re-
gem quempiam huius terræ, iniustum, Belialē, aut Sa-
tane ministrū adpellauerit: nec impunitus relinqui-
tur, qui principes huius mundi, impietatis aduersat, et
imporum cognomine uocat, quanquā errare ut homi-
nes possunt, nolunt tamē erroris, aut impietatis re-
prehendi, & tu putas, te impune laturum, quod miti-
stus & impietatis calumniaris regem omnium re-
gam, ac principem omnium principum: putasne, Deū
aut surdastrum esse, qui tanta cōuitia non audiat? aut
impotentem, cui uires sese ulciscendi desint?

QVI NON RESPICIT FACIEM.

Alia probat ratione, Deū non esse iniustū iudicē, Deus nō respi-
siquidē nō respicit personas, de iustis enim iudicibus cit personas,
scribitur, quod personas nō admittentur, ut in iudicio ideo iustus.
Dominus non respicit uel principem, uel diuitē, præ-
abiecto & paupere, sed causam: si iustam pauper
causam habuerit, pro paupere, contra principē pro-
nunciat, si uero iniustam, pro principe contra paupē
tem decernit, quia omnes, tã principes quàm uulgus,

H b

ANNOT. IN HIOB

tam diuites quàm pauperes, opera manuum eius sunt
 & in potestatem eius conclusi, nec ulli hominum li-
 cet, siue ille primas, siue infimas fuerit, sententiæ eius
 iudicium detrectare, aut aliò adpellare.

SVBITO MORI VNTVR &c.

Ad iustitiam Dei, & rectum eius iudicium, adce-
 dit potentia, quem enim recto iudicio condemnat,
 eum subito conterit, & media nocte, hoc est, inopi-
 nato conturbat, quantumuis potentes, nullis externis
 viribus, sed sine manu, & duntaxat oris sui spiritu,
 Esa. 11. Spiritu labiorum suorum interficiet impium.

QVONIAM OCVLVS EIVS &c.

Non est Deus ut homo, qui iuxta speciem & externam
 laruam iudicet, sed eternas et occultas uniuscuiusque vias
 cognoscit, iuxta quas sententiã suã pronũciat, nõ eni-
 potest se abscondere impius, ne in impietate sua cõpre-
 hẽdatur, nullæ sunt tenebræ, nullũ est latibulũ tã opa-
 cum, quo celari possit, Psal. 138. Quo ibo à spũ tuo, et
 quo à facie tua fugiã? Amos 9. Nõ erit fuga eis, & q̃
 fugerit ex eis, nõ saluabitur, si descẽderint usq; ad in-
 fernũ, inde manus mea educet eos, si ascenderint usq; ad
 coelũ, inde detrahã eos, si absconditi fuerint in uerti-
 ce Carmeli, inde scrutã, auferam eos, si celauerint se
 ab oculis meis in profundũ maris, ibi mādabo serpen-
 ti, & mordebit eos, si abierint in captiuitatẽ corã mi-
 micis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos.

Neq;

NEQUE EST IN CVIVSQVAM &c.

Quaecunq; Dominus fecerit, recta & iusta sunt **Omnis Deo**
 nec est sicut in hominis potestate, diuina opera, pro **patent.**
 suo arbitrio uel iustificare, uel condemnare ut supra
 cap. 33. Si semel loquatur Dominus, postea an rectum
 sit, non est inuestigandum, & Rhoma. 9. O homo,
 tu quis es, qui respondeas Deo? nunquid dicit figmen-
 tum ei, qui se finxit, cur me fecisti?

CONTERIT MVLTOS &c.

Mirabilia sunt Dei opera, non tamen iniqua, hos **Mutatio re**
 enim humiliat, illos exaltat, hos exaltat, illos humili- **gnorū, opus**
 at & ut potēter, ita nō iniuste, innūerabiles ē sublimi **Domini.**
 deicit, agnoscit enim opera eorū impia, propter quae
 non immerito opprimuntur. Porro, huius gnomae ex
 empla, habes in omnibus ferē huius mundi regnis, nā
 Babylonicum seu Assyriacum regnum, principio to-
 ti orbi dominabatur, quo contrito, surrogauit Domi-
 nus regnum Persarum, hoc item deiecto, ortum est re-
 gnum Graecorum, quo similiter subuerso, Romano-
 rum subinde excreuit potentia, quia enim Dominus,
 impietatem regum agnoscit, ideo inopinatis malis cō-
 terit eos, ut Daniel. 5. de Balthazare.

SIMVL IMPIVS CONCVTIT &c.

Impij florent aliquandu, & uidentur impunes, sed
 iudicante Domino, omnes simul prouerbium ac fabu-
 la sunt, & in extremas derisiones conijciuntur, nam

Hh 2

A N N O T . I N H I O B

quod hoc loco dicitur, in loco uidentium, hunc habet sensum. Videre in scriptura, plerūq; pro gaudio accipi sumitur: impij ergo concutiuntur in loco uidentium hoc est, sic deiciuntur, ut eorum casus, magno gaudio aduersarios afficiat. Ceterū, quod impij pereant, non fit citra causam: recedūt enim à Domino, nec intelligunt uias eius. Verbum contemnūt, & opera eius calumniantur, opprimentes pauperem & regenum negligentes: proinde, intrante pauperum clamore in conspectum Dei, pereunt impij, ut habes in Pharaone, qui clamore filiorum Israël ad Deum, turpissimam mortem tandem occubuit.

SI IPSE QUIETEM DEDERIT &c.

Saluante Deo, & conscientie pacem dante, nemo condemnare potest, Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? quis est, qui cōdemnet? Christus Iesus, qui mortuus est & resurrexit, ac interpellat pro nobis.

SI ABSCONDERIT FACIEM &c.

Domino se abscondēte, nemo eum reperire potest & Domino gratiam abnegante, nemo saluat, sed omnes

Crudele imperium hypocrite principis. nes quotquot in terra uiuunt homines, pereant, unde etiam extra Domini, datur impius magistratus, et hypocrita: nam ut populi salus externa, e pio magistratu cōstat, ita deus statio eius ex hypocrita manat, nec enim quisquam aut perniciosius, aut tyrannice eos dominatur, quānt hypocrite: quemadmodum

apud Ethnicos, Philosophi, & inter Christianos principes, Papistæ & Abbates religiosi, ac Episcopi, non tam mira, quàm gladio, non illo, qui est Verbum Dei sed euaginato & cruento conspiciunt. Porro, ubi nos legimus, ad capiendum populum, Hebræus habet, מִמְּהָרִים .i. à laqueis, aut decipulis popululi. Sunt autem leges iniquæ, et exactiões iniuste principum hypocritarum, laquei, & decipule, quibus populum sibi subiectum uenantur & capiunt.

Quoniam pro Deo dictum est intermitte sermonem non addam (aliquid)

Si non adprehēdero, tu doce me, si iniquitatem feci, non adiciam.

Nonne a te responsio danda est, quoniam spernis (aliorum benedicta) cum tu inceperis (seu elegeris) & nō ego? quod igitur noueris loquere.

Viri cordati loquantur mihi, & uir sapiens audit me.

Hiob non prudenter loquitur, & uerba eius non sunt sapientia.

Pater mi probetur Hiob usq; ad finem propterea quod conuertat se ad uiros iniquitatis.

Quia addit ultra peccatum suum ini-

Ab s

A N N O T. I N H I O B

quitatem, inter nos concutiatur, & contendat uerbis suis cum Deo.

Q V O N I A M P R O D E O &c.

Quia nunc finiui orationem meam, & uindictam Deum ab iustitia, cuius tu cum in simulas, igitur cunctis receptui, cessabo loqui, neq; quicquã adiectam, quousi non omnia assequutus fuero, doce tu meliora, si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo, & iustum me fatebor, neq; committam ut plura loquar, siquidem tibi nunc respondendum est, tum quod aliorum benedicta rideas & contemnas: tum quod prior hanc contentionem mouisti, non ego: proinde nihil habes quo te ab improbo silentio excuses.

V I R I C O R D A T I L O Q V A N T V R &c.

Stultus ego sum, qui à te in hac caussa, prudentiam sententiam expectem, cum hactenus uana & imprudentia loquutus fueris. Sapientes potius uiros, & prudentes iudices adpellabo, qui me audient, & deinceps huius caussæ sententiam ferant.

P A T E R M I P R O B E T V R H I O B.

Quid? oratne Elihu, ut Hiob adfligatur? an uolentiam inimicis bene precandum est? Respondeo, Elihu non imprecatur Hiobi aliquid mali, sed rogat, ut Hiob in cognitionem blasphemie suæ ducatur, id quod non potest fieri, nisi per crucem & adflictiones: proinde, quum orat ut crucifigatur, usq; ad finem, orat etiam ut respiciatur

ut resipiscat : quando crux resipiscentiæ schola sit ,
 quemadmodum & Dauid sæpe precatur in Psalmo
 ut impij inimici confundantur , Spiritus enim non ro-
 gat , ut impietas non imputetur pro peccato , sed orat , Oratio cõtra
 ut impio per confusionem & crucem impietas reuele inimicos , ut
 tur , ne impietatem pro ueritate credendo pereat . Ita confusi resipi
 & Elihu precatur Dominum , ut tãtisper Hiobem ad- scant .
 fuzat , dum eruditus cruce , agnoscat suum errorem et
 resipiscat : ait enim , Domine Deus , fac ut Hiobẽ nõ
 prius à cruce liberet , q̃ suã blasphemiam agnoscat :
 nunc enim conuertit se ad uiros iniquos , hoc est , im-
 pijs similis efficitur , propterea quod suam iniquita-
 tem excuset , & sibi quasi iure quodam licere putet ,
 quequid contra Deum loquutus fuerit : adeoq; pec-
 cata peccatis , blasphemias blasphemijs addit : quid igi-
 tur optarem , nisi ut probe per crucem concutiatur ?
 Si forte Domini uoluntatem per eam discat : dein ue-
 ro , cruce affectus , contendat , uel in sempiternum cõ
 Deo quã diu libuerit , ut mea autem fert opinio , si
 paulo durius eum tractaueris , non libebit diutius ad-
 uersus Deum insanire , & eius iudicia blasphemare ,
 sed potius humiliatus ueniam precabitur .

CAP. XXXV.